

## 1303 1.

2.

Fl. Areob. Dagal. Areobindus<sup>1</sup> v. i.<sup>2</sup> ex c. sac. sta. et m. m. p. Or.<sup>3</sup>, ex c. c. or.<sup>4</sup>

*Diptychon eburneum cum imagine consulis ludis praesidentis, servatur Turici (Mommsen inscr. Helv. 342, 2 qui vidit). Diptycha eiusdem consulis praeterea innotuerunt complura, alia huius plane gemella, alia in nonnullis diversa (cf. Meyer l. c. p. 63 seq.). — 1) Areobindus consul processit in Oriente a. 506. Nota Areobindi vocabulum bis positum. Similiter consulis nomen primarium repetitur etiam in diptychis N. 1304. 1305. 1308, unum ex secundariis N. 1306; duo nomina consulis bis ponuntur N. 1310. — 2) Vir inlustris. — 3) Ex comite sacri stabuli et magister militum per Orientem. — 4) Ex consule, consul ordinarius.*

## 1304

1.

Fl. Taurus Clementinus Armonius Clementinus<sup>1</sup>

2.

v. il., com. sacr. larg., ex cons., patric. et cons. ordin.<sup>2</sup>

*Diptychon eburneum, cum imagine consulis, servabatur Norimbergae (Gori thesaur. diptychorum tab. 9, vol. 4 p. 229 seq.; cf. Marriot vestiarium christ. tab. 23). Supra caput consulis sculptus est discus cum monogrammate exprimente litteras Κλεμηντινον. — 1) De nomine Clementini bis posito cf. ad N. 1305 not. 1. — 2) Clementinus consul processit in Oriente a. 515.*

## 1305

1.

Fl. Anastasius Paulus Probus | Sabinian. Pompeius Anastasius

2.

vir inl., com. domestic. equit. | et cons. ordin.<sup>1</sup>

*Diptychon eburneum, cum imagine consulis, servabatur Bourges, nunc servatur Parisiis (Gori thesaur. diptychorum tab. 12, vol. I p. 263 seq.; cf. W. Meyer zwei Elfenbeintafeln p. 67). Eiusdem consulis alia complura prodierunt diptycha (Mommsen C. V 8120, 2; Meyer l. c.). — 1) Anastasius (diversus ab imperatore) consul processit in Oriente a. 517.*

1306 Fl. Anastasius Paul. Prob. | Moschian. Prob. Magnus.<sup>1</sup>

*Diptychi eburnei pars dimidia, servabatur apud Batavos, nunc servatur Parisiis (Gori thesaur. diptych. vol. II p. 14; Chabouillet catalogue des camées de la bibl. imp. p. 563 n. 3265; Hirschfeld ap. Meyer zwei Elfenbeintafeln p. 57). — 1) Magnus solus consul in Oriente processit a. 518.*

## 1307

1.

2.

+ Fl. Petr. Sabbat. Iustinian.<sup>1</sup> v. i. + com., mag. eqq. et p. praes.<sup>2</sup> et c. od.

+

+

munera par-  
va quidem pre-  
tio, sed hono-  
ribus alma

patribus  
ista meis offe-  
ro cons. ego

+

+

*Diptychon eburneum, servabatur Cremonae, postea Mediolani, deinde in Anglia (V 8210, 3). Gemella diptycha innotuerunt duo (cf. W. Meyer zwei Elfenbeintafeln*